789

B. C. D.

THESES INAUGURALES,

41.
29.

DE

APPELLATIONIBUS

Ex

Decreto Illuſtris Juriſconſultorum Collegii

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure honores
Rite capeſſendi

SOLENNITER ad diem 22. Auguſti
M DCC XVI.

Defendet

CÆSAR EVRARD,

Metenſis.

Diss. jur. civ.
49,52

ARGENTORATI, Literis DANIELIS MAAGII.

A. 1. 71.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn349667446/1
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

VIRO
Per-Illuſtri atq; Excellentiſſimo,
DOMINO
PETRO THOMÆ
EVRARD,
In Suprema Metenſi Curia
Senatori Splendidiſsimo

hanc Diſputationem Inauguralem
humillima obſervantia

Dat, dicat, dedicat

EJUS

obſeqiuoſiſſimus
Servus

Cæſar Evrard,
M.tenſis.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn349667446/2
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

De
APPELLATIONIBUS

Thes. I.

APpellatio eſt provocatio a judice inferiore, ad judicem ſuperiorem ob gravamen illatum.

Th. II.

Appellatur non tantum a ſententia, ſed etiam ab actibus extrajudicialibus, *C. 8. de appell. in 6. l. 21. §. 2. ff. h t.*

Th. III.

Appellatio unius prodeſt omnibus conſortibus.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn349667446/3
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Th. IV.

Appellant non ſolummodo ipſi gravati, ſed etiam alii, quorum intereſt.

Th. V.

Sed & pater pro filio & filius pro patre appellare poteſt.

Th. XVI.

Appellatur a Judice inferiori, non tamen ab arbitro compromiſſario Jure Civili.

Th. VII.

Nec ab eo, qui ſuperiorem non agnoſcit.

Th. VIII.

Nec ab eo, qui privilegium habet de non appellando. Uti e. g. Electores, & Status quidam Imp. in Gallia, *Parlamenta*, in Italia *Rotæ*, in Hiſpania Concilia.

Th.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn349667446/4 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Th. IX.

Appellatio fieri debet a Judice inferiori ad Judicem immediate ſuperiorem.

Th. X.

Non ergo admittitur appellatio *omiſſo medio.*

Th. XI.

Niſi Jure Canonico, quo ſtatim appellare licet a quocumque judice ad Pontificem.

Th. XII.

A Judice delegato appellatur ad delegantem; non vero a mandatario ad mandantem.

Th. XIII.

A Citatione & executione non appellatur.

Th. XIV.

Niſi excecutor modum excedat.

TH. XV.

Nec áb omni ſententia interlocutoria jure civili.

TH. XVI.

Jure tamen Canonico, ab omni gravamine interlocutoriarum appellari poteſt.

TH. XVII.

Non tantum in cauſa civili ſed in cauſa criminali.

TH. XVIII.

Appellatio Jure Romano interponitur intra decem dies ſtatim a die ſcientiæ.

TH. XIX.

Jure Conſuetudinario Gallico *Illico*; niſi quis intra ſtatutum tempus obtinuerit Litteras in Cancellaria Regia, quæ dicuntur, *Lettres de relief d'Illico.*

TH.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn349667446/6 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Th. XX.

Poſt interpoſitam appellationem petebantur olim apoſtoli, qui hodie amplius in uſu non ſunt.

Th. XXI.

In locum apoſtolorum apud Gallos videntur ſucceſſiſſe Literæ, quæ dicuntur *Lettres de Relief d'appel.* hac tamen cum differentia, quod illi petebantur a judice inferiori, hæ a judice ſuperiori.

Th. XXII.

Si Introductio & Juſtificatio appellationis intra tempus debitum non fiat, dicitur deſerta appellatio.

Th. XXIII.

Pendente appellatione nihil eſt innovandum.

Th. XXIV.

Judex *ad quem* priorem ſententiam vel in totum confirmat, vel emendat,

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn349667446/7
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

aut annullat vel ex parte confirmat aut ex parte emendat.

Th. XXV.

Reformari autem debet ſententia ſecundum ſtatuta loci & temporis primæ Inſtantiæ.

Th. XXVI.

Quoad proceſſum autem obſervantur ſtatuta ſecundæ Inſtantiæ.

Cum tibi Juridici ſtudii contingere metam,
Optanti meritas laudes Academia dicat,
Cur non certatim ſolennia gaudia jungam,
Et dubias Leges ſolventem mirer, Amice!

Sebaſtianus Brunet de
Canuille, Colmarienſis,
U. J. C.

FINIS.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn349667446/8
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG